Universitätsbibliothek Paderborn

Apologetica epistola Christophori Hege[n]dorffini aduersus Rubeum/ q[ui] nugas suas reuerendissimo in Christo patri/ Episcopo Herbipolensi dedicarit

Hegendorph, Christoph

[Leipzig], [1519]

VD16 H 1120

urn:nbn:de:hbz:466:1-32656

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Positiones de indulgentiis
Sermo de penitentia
Resolutiones disputationum de indulgentiis
Ein Sermon von dem ablass und gnad
Verlegung etzlicher artikel wider den selbigen Sermon
Ein freyheit des Sermons Martini von indulgentz
ala Silvestri prieratis contra conclusiones Martini
Responsio Martini ad dialogum Silvestri
Replica Silvestri
Acta Martini Augustensia
Disputatio Eckii et ipsius Martini in studio lipsensi
Disputatio et excusatio Martini contra criminationes Eckii
~~Oratio Mosellani~~
De ratione disputandi oratio Mosellani
Erasmi epistola ad ducem Saxonie et alia quedam
Resolutio super propositione de potestate pape
Alia resolutio de eadem
Resolutiones super propositionibus lipsie disputatis
Oratio Jo. langii super disputatione lipsensi
Disputatio prima Eckii et Carolstadii de verbo
ad verbum per notarios excepta
in uno libro Disputatio secunda eorundem
Disputatio tertia Eckii et Martini
Epistola philippi Melanchtonis de eadem disputatione
Excusatio Eckii contra epistolam philippi
Defensio philippi contra Eckium
Concertatio [illegible] et Gallary
Epistola Emseri ad Aegocerotem
Ad Aegocerotem Emserianum Martini additio
De venatione lutheriana Aegocerotis

Solutiones doctorum Wittenbergensium
Datae [illegible] Vniuersitatis Wittenbergensis &
[illegible] lipzensis & alia quedam
Contra malignum Jo. Eckii iudicium
Ad Jo. Eckium Epistola Martini super expurgatione Ecciana
Appellatio Martini luther
Appellatio [illegible]

Liber primus opusculorum Martini luther

Th. 6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz Lpz. Katalog 328.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apologetica epiſtola Chriſtopho-
ri Hegēdorffini aduerſus Ru-
beum· ꝗ nugas ſuas reue
rendiſſimo in Chriſto
patri· Epiſcopo
Herbipolenſi
dedicarit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epigramma ad Rubeum.

Es Rubeus dictus / ſed non rubor vllus in ore eſt

Non igitur rubeus / ſed Melanourus eris

Non impune moues herbam / mihi crede / Magyrum

Peruertet cerebrum trita ſemel manibus

Inſanire lubet tibi ſi / dementia creſcat.

Crede / operam impendet docta caterua virum

Non Cicero es / non es doctus Demoſthenes atq;

Es Rubeus / Rubei vix tibi nomen adeſt

Si cupis vt rubei non nomen detrahat vllus

Verba precor poſthac tu rubicunda feras

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mattheo Piſcatori Coburgēſi do-
mino ſuo Reuerendo. Chriſtophor⁹ Hegendorffinus S. D.

EGo non neſcius ſum / celebris noīs authores / princi-
pibus et reliq̄s claris Heroibus labores ſuos inſcrip
ſiſſe/ vt eo veluti lenocinio hominibus approbent/et ipſi he-
roes famam nullo vnq̄z tempore intermorituram/nanciſcant
non enim tam Piramides/ Coloſſi/ immortalitatē Principi-
bus pariūt/ ac ea que ab eloquentiū virorum turba dedicant/
Quippe q̄ illa non raro neſcio quis repentinus caſ⁹ a prora
et puppi/ vt dicitur/ interuertere ſolet/hec vero nec vllius tem
poris caſus conuellere poteſt. Non poſſunt eñ demoliri Pal
las quas condidit arces. Vnde non iniuria Alexander cum in
Sigeo ad Achillis tumulū aſtitiſſet exclamaſſe fertur O te fe
licem cui Homerus virtutū tuarum preco contigit/ Et q̄ que
ſo Mecenas predium ſuum maioris diuendere potuiſſet/ q̄z
dum Horatio dono dat/ a quo vel Phenice viuacioribus car
minib⁹ extolleř / vt cicius ſurſuz deorſumq̄z ſacrorū flu minū
fōtes refluxuri ſunt/ q̄z Mecenatis memoria pereat. Hinc eſt
quod eloquētie Romane vnicū lumen Cicero in principio de
legibus ſcripſit. Nullius aūt agricole cultu ſtirps tam diu-
turna q̄z poete verſu ſeminari poſſunt. Tranſeo Vergilium
qui Auguſto feliciſſima ingenij ſui monumenta dedicauit.
Omitto alios authores / qui ingenij fetus in p̄ſtantiſſimorū
authorum ſin⁹ effuderunt. Verum cum tātis Heroibus et vt
Homer⁹ ait/Δεοι Δεισι/quippiā dedicare conſiliū eſt. Non
mediocriter/vt Seneca ſuadet/videndum eſt quid cui q̄dret.
vt eñ ſi tyranno alicui et a litteris abhorrenti Satrape litte-
rarij muneris quippiam dedices/nihil plus feceris q̄z ſi rane/
vt dicit/vinū.ita ꝓfecto ſi vo Principi et Heroi nugas quaſ-
dam ficulneas obtruſeris/quid aliud facis q̄z q̄ illius famaz
eleuare laboras. Statim enim exclamare ſolent dignū patelle
coopertulū. Qualis rex/ tale munus / et ita plerumq̄z moroſi
ex muneribus ceu lydio lapide aurū/principes probare ſolent

Quare ſi vlli hominū tum precipue principib⁹ non ſolum in ore habendū / verū in intimis pectoris adytis inſculpendū eſt illud κολακων αδωρα δωρα ειναι et authoribus librorū Senece conſilio obtemperandū eſt / ne ſi tyranno illiterato q̄ppiā dedicent ſuibus Amaricinū obſpargere videantur / et ſi veris principibus nugas ex hara productas obtruſerint ipſorū authoritati tenebras offundant veluti cauteriū / nullo vnq̄z tempore eluibilem inurant id quod Joannes Rubeus non admodū diligenter animaduertit / qui nuper neſcio quas falſiſſimorū λοιδοριων αμαξας reuerendiſſimo in Chriſto patri Epiſcopo Herbipolenſi obtruſit. Quod an riſu an lachrimis dignum ſit nō facile dixerim / lachrimis certe dignū quis dubitat Epiſcopo tam omnibus numeris abſoluto et literatū / vt ita dixerim / litteratarū vnico parenti eam tragediā obijci in qua nouus q̄dam Hercules furens ita in clariſſimorū virorum famam incumbit / vt dicas eum non apud ſe eſſe. Ita Chriſtiane charitatis que / vt Paulus inquit / non mordet ſed adhortatur / oblitus furiali quodam ore / et portentoſa barbarie doctiſſimis q̄buſq̄ / quod cum pace omniū aliorum dixerim / obſtrepit / o os durū / o celū o terra hominē tam αθεολογον tam abſolutiſſimis citra omnem cōtrouerſiam theologis tam impie obganire. Male audita Suetonio Palemon q neſcio q̄ arrogantia Varronē porcum appellauit ſecū et natas et morituras litteras / Quā queſo male audiet noſter Rubeus / qui ſummos theologos tam dentatis ſalibus obmordet. Vn̄ q̄ſo hic αλλοσ ηρακλησ? Hercules olim cōtra duos pugnare non poterat / hic vero tribus ſe ſuffecturū credit. Verū mens neſcio quo pacto mihi preſagit ne ινα γνοιησ αποτινων quid ſit cōtra tres pugnare / Verū εκ τησ οδου ταυτα omnia poſſent tanq̄z illius vel ſimplicitati vel verius ſtulticie condonari niſi reuerendiſſ. in Chriſto patrem hoc munere in omnium riſum veluti huius fabule actorem traduxiſſet. Epiſcopus enī ille vir verarū litterarum ſummus Mecenas non poterit non has nugas cane pei⁹ et angue odiſſe. Quid? quū ipſe ſit vir⁹ in quem Chriſtiani gregis cura reiecta ſit / qui tolerabit Chriſ

tianum gregem ab homine tam male/ vt dicitur/ monere/ ve-
luti putridũ membrũ ab eccleſie corpore euelli. Ah que malum
inſania eſt illum/ qui Chriſti manſuetudinem refert / harum
nugarũ geniũ elegi αλαστωρα velim queſiſſes non q̃ patien-
tiſſimum illum agnum in terris etiam ſequi cupit quo cum
ierit/ proh tuam fidem cuius aures doctrina Chriſti perſona
re debent/ conuitiorum tumultibus patere coguntur. Ille qui
in doctrina ſana / vt Paulus ait/ populum exhortatur illas
λεπτολογιας ſublegere cogitur. Accedit huc ꝙ noſtrã floren
tiſſimam Achademiam ſuſpectam reddis / non deerunt qui
putabunt Chriſtianiſſimorum theologorum inpulſu hos cen
tores a te editos. Sʒ vereor ne in te cadat / hoc qđ vulgo di-
ci ſolet οπποιον και ειπησθα επος τοιον και επακουσας Anim⁹
quidem fuerat acrius reſpondere. Sed cũ id non abſqʒ plero
rumqʒ inuidia me facturum viderem / vela contraxi / Rubeo
credendas teſtudines relinquo ſi quas cepit. Tibi autem
Mathee integerrime ακεφαλον μυθον. ſcribere volui· vt ſi il
li⁹ nugas/ q̃ vel Neronianas thermas refrigerare poſſent/ nõ
legiſſes/ adhuc legas. Crede mihi riſu concides/ ita noſter ille
Rubeus γελωτοποιον agere ſtudet/ quemadmodum poly-
phemus την τρεταναλο ſaltãs ſuperis iocos exhibere fingit
et Silen⁹ ille ſenex amator την κορδακα ſaltare ſoltius riſum
prebet/ vt apud Homerum et Ariſtophanem legimus. Sed
de hac re ad te plus ſatis Vale/ et nos vt facis/ ama.

τελος

Preluſimus rubee/ grauius reſponſuri ſi contra
ſtimulum recalcitraueris.

Impudentia lectorem alloquitur.

En dea ſum quondam Grecis αναιΔια dicta
Non huius facio que numina ſeruat olympus
Si patrem rogitas? ego ſum Therſithia proles
Si matrem / Moria eſt / clariſqꝫ parentibus iſtis
Orta ſub aſpectum cuiuſuis prodeo ſemper
Fulmine non terret me vel Titanicus ipſe
Jupiter / aut pelagi eſt cui quondam oblata poteſtas
Aut Chaos / aut Pluto tenebris prefectus auernis
Nil me bile tumens terret Saturnia Juno
Nec me forte mouet ſpume Venus orta liquore
Non remoror quenq̄ʒ? non me Tritonia pallas
Aegide deterret / non Chriſotoxus Apollo
Ac homines inter ſi quiſq̄ʒ nomina clara
Sortitus / ſtudio / tenebras offundere opacas
Jllius inuadens famam / ſoleo / ipſa nec illum /
Deſtituo niſi ſit noſtro carbone notatus.
Nec modus in verbis / non eſt nobis ſcopus vllus
Vt vt res recidat metitur nil / nil feriturqꝫ
Nobis / magnarum non cure eſt gloria rerum
Jlla ego ſum dea que Grecis αναιΔια dicta
Qui volet / impugnet / non vnq̄ʒ impune abiturus.

τελος

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Luſimus his paucis/ poſthac grauioꝛa daturi
Si ſtimulis animus eſt referire tuis
Luſimus his/ homines ne ceu libyteia tellus
Pſaphonem numen te ſuper aſtra vehant.
Nunc folia in tete recidunt / res parua pꝛofecto/
In te / ni caueas / arboꝛ et ipſa cadet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN